

proprie aut essentialiter tribui, quicquid ei per istam phrasin assignetur eminentiae, *Eius falsissimæ sunt hypotheta:* I. Per vocem יְהוָה שְׁמֵי nūdum vocabulum, aut picturam quatuor literarum indicari, ut idem sit, quod שְׁמֵי עֶלְיוֹן & necessario subintelligendum verbum נִקְרָא. II. Nomen יְהוָה in hoc Angelo ita esse, ut centrum in medio circuli. 3. Sicut luna suo quidem proprio lumine carens, a sole tamen illuminatur, ut lumen lunæ recte & solis & lunæ lumen dici possit, ita etiam Deus Opt. Max. & hic ejus Angelus יְהוָה æquivoce dicantur, ut hoc nomen Deo essentiale sit, Angelo autem non nisi per accidens competit. Nos missis his, quæ sua statim se absurditate produnt, ineptiis, per τοῦ שְׁמַי usitata Scripturæ phrasī, (conf. Ps. 48. II. 2. Sam. 7. 23. Esa. 42. 8.) ipsam Majestatem, potentiam, & gloriam divinam denotari existimamus.

Ad alterum veniamus, quæ Rabbinorum, de hoc סֶלֶע בְּרָאשֵׁית קְטַנָּה super פְּנֵי sit sententia, dilucidatur. In illud Genes. 3. *Et emisit eum Dominus Deus de horto:* hæc leguntur verba: *Emissus fuit Adam de Paradiſo voluptatis.* Sic ait Rabbi Nahmya; *emissus fuit Adam de paradiſo in seculo iſto, sed in futuro seculo non emittetur.* Juvatur autem eiusmodi dictum per id, quod scriptum est Ps. 16. *Ego in iustitia contemplabor faciem tuam, id est Messiam tuum,* satiabor cum resurrexerit תְּמוּנָתךְ forma tua, vel imago tua. *Dixit הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא In hora illa ego iustificabo eum sc. Adamum, ab illa sententia;* *Dixit David Deo Sancto & Benedicto,* *Et in illa hora, in qua evigilabit is, qui est in similitudine tua, satiabor, & in iustitia contemplabor faciem tuam, id est, MESSIAM tuum.*

Adducit in eandem mentem Raymundus Martini part. 2. Pug. Christian. testimonium R. Moysis Haddarsan, super Gen. 22. quod mala fide emendavit Galatinus I. 3. de Arcanis Cath. veritatis cap. XII.

¶ XIII. Sistit etiam Elias in Thisbi, ex priscis Hebræorum Magistris, aliquot loca, quibus hunc ipsum מֶלֶךְ פְּנֵי appellazione τῆς Μετρών insigniri ostendit. Imo ipse R. Moses bar Nachman sectione מְשֻׁפְטִים ad Exod. 23. vers. 21. [quam histo-